

tibus meriti. Nam oratione sua, licet non sibi, nobis tamen merentur beneficia.

32. *Petrus Lombardus, l. 4. Sent. dist. 45. lit. G. eandem thesin Bielis defendit Sanctos pro nobis intercedere asserens & merito, dum illorum merita nobis suffragantur: & affectu, dum vota nostra cupiunt impleri.*

33. *Ex recentioribus Gregorius de Valentia, Sanctos nos omnino venerari, scribit, cum aut ab his, ut apud Dominum nobis suffragentur, petimus: aut ipsum etiam Deum oramus, ut illorum quoque Meritis adductus, nobis quod optamus, impertiat.*

34. *Testatur idem Praxis Ecclesie Romanae, quae in Festis sanctorum eiusmodi hymnos, collectas, precumque formulas recitat, quibus ab ope & intercessione Sanctorum flagitatur, quicquid est salute hominum esse putatur.*

35. *Exempli gratia, D. Bartholomaeum sic acclamabant: Te deprecor, ut me tuis pretiosis meritis liberares ab omni versutia, & damnatione. In die furoris Domini, & in fine vitae meae, contra adversarios meos in adiutorium meum venias.*

36. *Hinc illa impietas ortum traxit, ut singulis regionibus, peculiæres quosdam sanctos, & Deos tutelares praeficerent: in singulis rebus, morbis & necessitatibus singulos & peculiæres assignarent Divos*

*Vnde*